Princeps Serenissime tibi quisquam persuadeat recuperatum imperij
decus nomen famam gloriam, notam vero atque infamiam esse dele-
tam nisi Imperium, dignitatem decus tuum etiam germaniae nobilitatem
in eo ipso gradu unde est dejecta conspicias, neque conspicies si pacem
sequendo Suecorum turbam finem fecerit pacemque composuerit. At rer.
vero ad pacis mentionem (hoc tempore loquor) non pace modo nihil
est sed pacis mentione ipsa foedius et periculosius. Qui enim nescit disci-
plinam militarem fidem urbium tutelam negligi? quam autem lentam
segnitiem et semper periculosam securitatem, in multis licet prosit
post bello, quod equidem affirmo, in hoc uno tamen melius bellum quod
cautius atque experientius. Nunquam Romana virtus abijsset, si bellum
Carthaginense mansisset. Post punicas Romanae urbis gaudium fuit
urbibusque alijs adde quod nunquam tutior Romana fuit quam
inter hostilia bella, ubi vero quiescere coepit tunc armata
est in illius perniciem coniurati Catilinae audacia, tunc in-
undique destinata tunc Senatus Populusque Romanus unius
scelere nefarioque consilio paene inter suas victorias occisus
prostratusque fuit documentum sempiternum non semper populis atque